



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cvrsvs Theologici ...**

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et  
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -  
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum  
Scholasticis habent connexionem, declarantur

**Carleton, Thomas Compton**

**Leodii, 1659**

Sect. III. Objectiones contendentes Personas divinas non constitui  
Relationibus, sed solis originibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13718**

guitur à Spiritu Sancto. Sicut ergo per utramque hanc rationem adaequatè distinguitur, etiam adaequatè per utramque constituitur: & ambæ, ut ad distinctionem, ita ad completam illius constitutionem sunt necessaria.

IV.  
Affert  
aliqui Per-  
sonas consi-  
tutus propri-  
tatis ab-  
solatis.

V.  
Personæ di-  
vine consi-  
tuntur Re-  
lationibus.

VI.  
Probatur  
Personæ Per-  
sonas distin-  
guiri Relatio-  
nibus.

S. Augusti-  
nus.

VII.  
Item ex par-  
te obiectis est  
constituta Re-  
lationibus  
& origini-  
bus.

Nec solis ori-  
ginibus, nec  
Relationi-  
bus solis con-  
stituuntur  
Personæ.

Ad questionem itaque in sectionis titulo propositum, affirmant aliqui divinas Personas constituti proprietatis absolutis: ita Scotus in 1. dist. 27. q. 1. pro eadem citans Joannem de Ripa. Eandem sententiam amplectitur P. Salmeron tom. 2. tract. 12. ad 4. & alii nonnulli.

Contra tamen sententia, Personas scilicet divinas nonnihil absolutis, sed Relationibus, ultimè constitui & distingui, multò est communior: eam tenet S. Thomas 1. p. q. 40. art. 2. & 3. Hahlensis 1. p. q. 65. num. 3. & 4. Gabriel, Capreolus, Suarez lib. 7. de Trin. cap. 6. Ferrara 4. contra Gentes, cap. 26. Granado 1. p. tract. 12. cap. 3. sect. 3. Tannerus, Disp. 4. q. 3. dub. 6. num. 15. Arriaga 1. p. disp. 51. sect. 3. & alii.

Probatur primis ex Concilio Tolet. II. ubi sic habetur: *In Relatione, Personarum numerus cer-  
nitur, & hoc solo numerum insinuant, quod ad invi-  
cim sunt.* Idem habetur in Concilio Florentino, & Worationensi, passimque affirmant Sancti Patres: sic S. Augustinus lib. 5. de Trin. cap. 5. docet, *In Deo non esse nisi substantiam, id est Essentiam, & Relationem; & quicquid ad se, & non ad aliud dic-  
tur, ad Essentiam pertinere.* Idem affirmit S. Cy-  
rillus Alexandrinus, S. Damascenus, S. Anselmus, & alii. Tandem hoc idem ostenditur ex Princípio illo à Theologis communiter in hac materia recepto: *In divinis omnia sunt unum, ubi non obviat Relationis oppositio.*

Hanc itaque sententiam omnino tenetam ex-  
istimo: ad ejus tamen explicationem noto idem  
plane ex parte rei concepta esse Procreiones, Ori-  
gines, Personalites, & Relationes, nec ullam inter  
generationem activam & Relationem Paternitatis,  
aut inter generationem passivam & Relationem  
Filiationis dari virtuale distinctionem. Cum  
ergo hac constitutio, ut sectione precedente n. 7.  
dixi, sit virtualis, idem plane est ex parte rei  
concepta Personas constituti originibus, seu acti-  
bus notionalibus, ut vult S. Bonaventura in 1.  
dist. 26. art. unico, q. 3. five Relationibus, idem  
quippe omnino sunt, ut dixi, non realiter tan-  
tum, sed etiam virtualiter: unde ex parte objecti,  
non solum esse, sed ne concipi quidem sine se-  
cundum invicem Origines & Relationes possunt: ita Mo-  
lina 1. p. q. 4. art. 2. disp. 2. & Valentia hic,  
Disp. 2. q. 14. punct. 2. dicentes, Divinas Per-  
sonas, nec sola origine, nec Relatione sola, sed  
utraqꝫ constitui & distingui: eandem senten-  
tiam tenet P. Arriaga hic, disp. 51. sect. 3. & alii.  
Hæc omnia magis constabunt ex sectione se-  
quente.

### SECTIO TERTIA.

*Objectiones contendentes Personas di-  
vinas non constitui Relationibus,  
sed solis originibus.*

I.  
Aliud est de  
relationibus  
creatris, a-  
liud de Di-  
vinitate.

OBIECTUR primò in creatis relationes rem  
cujus sunt relationes non constituant, sed  
ei jam constitute adveniunt: idem ergo ratione  
nostrâ dicendum est in divinis. Negatur tamen  
consequentia: relationes enim creatæ sunt acci-  
dentialia, qua de causâ nihil vel constituere vel com-

R. P. Comptoni Theol. Scholast. Tom. I.

plerè possunt in esse substantiali, quod tamen  
Relations divinae, utpote substantiales, præstare  
possunt.

Objicitur secundò: relatio supponit funda-  
mentum, ergo haec Relations supponere debent  
Personas, non eas constitutere, nec distinguere.  
Respondeatur, antecedens, ne quidem in creatis  
esse verum, nisi de relationibus prædicamentali-  
bus; transcendentales enim non supponunt, sed  
sunt ipsum fundamentum: cum ergo, ut supra,  
Disp. 52. sect. 1. diximus, Relations in divinis  
sunt transcendentales, non supponunt Personas  
tanquam fundamentum, sed eas constituant.

Objicitur tertio: Relatio terminatur ad ab-  
solutum, non ad relativum. Item ad Relationem  
non datur actio. Respondeatur haec vera tantum  
esse in relationibus prædicamentalibus, transcen-  
dentales enim sece invicem respiciunt, ut materia  
formam respiciat, & formam materiam, sicque ter-  
minatur ad respectivum, & ad eas datur per le actio.

Objicitur quartò: ad actionem presupponi  
debet suppositum in suo esse constitutum, prius  
enim est esse, quam operari. Respondeatur, in  
creatis quidem ita esse, quia res creatæ non sunt  
necessario actualis operationes: in divinis autem,  
ubi tota distinctione provenit a Relationibus, que  
ut supra Disp. 50. sect. 6. num. 1. dixi, sunt  
actiones, & facta, præcedente ostendi eas nec ra-  
tione ex parte rei concepta distingui ab origini-  
bus, non potest esse prius esse quam operari,  
cum per ipsam operationem constituantur. Unde  
nulla inter Personas divinas est prioritas, nisi tan-  
quam originis.

Objicitur quintò: Relatio non refert seipsum,  
sed aliquid aliud, ergo proprietatem aliquam ab-  
solutam. Respondeatur Relationem divinam non  
referre seipsum solam, non tamen refert quidquam  
totam Personam, à qua nimirum distinguitur virtualiter  
inadequata.

Objicitur sextò: Pater æternus, prius ratione  
quam generat, est Persona completa, ergo nec  
per generationem formaliter, nec etiam per rela-  
tionem constitutio, utpote quæ in posteriori signo  
intelliguntur accedere. Respondeatur negando  
antecedens, Pater enim, non quidem ratione prius generat,  
exstitit, quam generet, sicque & quam referatur ad  
Filium, cum, ut sectione precedente dixi, idem  
formaliter sit generare & referri.

Quare probabilius etiam mihi videtur, ne qui-  
dem dum per species rerum creatarum concipiun-  
tur Personæ, posse dici eas constitutæ per originem,  
aut personalitates, sed per relations. Ratio est,  
Relations siquidem divinæ, ut sepe dixi, non  
sunt sive Relations prædicamentales, qua nimirum  
rei jam constitutæ advenire intelliguntur, sed  
sunt relations transcendentiales, & ut tales conci-  
pi debent; unde nihil in illis prius hac formalitate  
relations cum veritate apprehendi potest, per quod  
Personæ distinguntur.

Confirmatur: si enim divinas Personas per ali-  
quid, in quo formaliter non involvitur relatio;  
concipiamus distingui, erunt ratione nostrâ in Deo  
tria absolute, realiter distincta; quod falsum est, ta, realiter  
& consequenter in divinis concipi non debet:  
quamvis enim concipere inadæquatè in Deo possi-  
mus id quod in eo est, non tamen fas est in illo  
fingere, quod revera in ipso non est, alioqui si  
via fœculi aperiatur fictionibus, nihil certi in divinis  
habebimus, sed suo quisque arbitratu Deum singul-  
eique quidvis appingen pro libito.

II.  
Relationes  
divinae non  
supponunt  
fundamen-  
tum, sed est  
status.

III.  
Relationes  
divinae ter-  
minantur  
ad relati-  
vum.

IV.  
In Personis  
divinis non  
est prius esse,  
quam ope-  
rari.

V.  
Relatio di-  
vina refert  
totam Per-  
sonam.

VI.  
Pater non  
est Persona  
completa  
ne, quam  
generat.

VII.  
Etiam per  
species crea-  
tarum concipi-  
debent Per-  
sona con-  
stituta.

VIII.  
Alioquin est  
in divinis  
tria abolu-  
ta, realiter  
& distincta.

DISPV.